DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

ANIMI AFFECTIONIBUS.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

ANIMI AFFECTIONIBUS:

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JACOBUS CHEW,

ANGLO-BRITANNUS.

SOCIETAT. MED. EDIN. SOC. EXTRAORD.

——————— totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.—VIRG. Æn. lib. vi.

Και παλιν το πεςι τας λυπας ἡ ψυχη κατα ταυτα δια σωμα πολλην ισχει κακιαν. PLATONIS TIMÆUS.

Ad diem 12 Septembris, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO.

TYPIS GEORGII MUDIE ET FILII.

1795.

PATRI SUO CARISSIMO

Ob multa beneficia,

Quæ, toto vitæ tenore,

Summo amore,

In se contulerit:

NECNON

JOANNI HULL, M. D.

Præceptori suo amplissimo,

Hominum optimo,

Apud Blackburn,

In Lancastriæ comitatu,

Medicinam felicitèr exercenti:

DENIQUE

Viris clarissimis

ANDREÆ DUNCAN,

JACOBO GREGORY,

ET

ALEXANDRO MONRO,

Quorum Medicinæ peritiâ,

Morbo gravissimo affectus,

Mirandum in modum,

Morti ereptus esset;

Hasce studiorum primitias,

Perexiguum grati animi testimonium,

D. D. Cq.

AUCTOR.

Nunc age, quæ moveant animum res, accipe et unde,
Quæ veniunt, veniant in mentem, percipe paucis.
Principia hoc dico, rerum ſimulacra vagari
Multa modis multis in cunctas undique parteis
Tenuia, quæ facile inter ſe junguntur in auris,
Obvia cùm veniunt, ut aranea bracteaque auri
Quippe etenim multo magis, hæc ſunt tenuia textu,
Quàm quæ percipiunt occulos, viſumque laceſſunt:
Corporis hæc quoniam penetrant per rara cientque
Tenuem animi naturam intus ſenſumque laceſſunt.

T. Lucretii, *De Rerum Natura*, Lib. IV.

ERRATA.

In p. 4, l. 13, *pro* obſervendum, *lege* obſervandum

In p. 8, l. 13, *pro* Philoſophia, *lege* Philoſophiæ

In p. 19, l. 9, *pro* facutatibus, *lege* facultatibus

In p. 31, l. 16, *pro* curuandi, *lege* curandi

In p. 34, l. 9, *pro* conditione *lege* conditioni

In p. 35, l. 2 in nota, *pro* ſalvuſque, *lege* ſaluſque

In p. 40, l. 15 in nota, *pro* naurrationem *lege* narrationem

In p. 49, l. 16, dele cum

In p. 54, *pro* Βλαπτιε *lege* Βλαπτει

To his most worthy Father this little Dissertation is presented, as a small Token of Gratitude; for the very liberal Education which he has bestowed on his affectionate Son the Author —

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

ANIMI AFFECTIONIBUS.

PROEMIUM.

I. MENS humana, rerum omnium creatarum pars nobilissima, similitudine ad munificum Orbis terrarum Creatorem proximè appropinquat.

De mente humanâ, animique affectibus non convenire inter auctores nemo ignorat; an facul-

tates animi a cerebro ſeu materiâ, ſive aliquo materiâ non conſtante, pendeant, haùd conſtat. Multa argumenta ad ſingulas ſcriptorum opiniones firmandas in medium prolata ſunt, de quorum unoquoque verba pauca facere mihi in animo eſt.

II. Quamvis morbi corporis artem medicam ſæpe fallunt, tamen mente turbatos morti eripere, eorum angores ſublevare, animo oblectamento non eſſe non poteſt. Corporis morbi ſané graves, multo autem graviora ſunt mala animi.—Nam triſti animo laborantes nullâ voluptate delectantur, et omnia vitæ ſolatia ſpernunt, eorumque affectiones denique immedicabiles evadunt.

Chemiæ theoria modò in lucem edita ægris forſàn olìm proderit, et experimenta a Doctore Beddoes nupèr inſtituta benè merentur de medicis; nondum vero aliquid uſui utile comperiſſe

mihi

mihi videtur; et an ejus remedia his affectionibus, quæ præcipue curæ mihi ſunt in hac diſſertatione, ſalubria ſint, dubito.

III. Propter difficultatem rei, ut quæ adhuc in obſcuro latet, me aliquid lucis allaturum non in ſpem venio. Sed obſervationes aliorum fideliter ſeligemus, ſelectas profeſſorum hujus almæ academiæ indulgenti judicio ſubjiciemus.

LONGÆ

Ambages, ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

VIRGIL.

IV. In hâc re inveſtigandâ, igitur, in ſex partes eam dividere viſum eſt.

1*mo*, De quibuſdam facultatibus mentis ſanæ diſſeremus.

2*do*,

2do, De naturâ et diverſitate animi affectuum.

3tio, De conſtitutionibus ad affectiones mentis opportunos facientibus.

4to, De cauſis morbidum mentis ſtatum inducentibus.

5to, De cadaverum ſectione, mutationem mentis facultatum, per vitium cerebri indicante.

6to, De remediis affectionibus mentis tum occurrentibus, tum medentibus.

V. Priuſquam primam partem ingrediamur obſervendum eſt, functiones nonnullas a principio vitali, nonnullas a principio ſentienti pendere. Diſtinctio enim certe inſtituenda eſt, ut bene quidem illuſtrat clar. Doctor Duncan, inter principium vitale quod vegetabilia aque ac animalia

animalia poſſident, et principium ſentiens quod animalibus proprium eſt.

VI. An principium vitale a nervis pendeat, incertum eſt; ſed muſcularem motum a nervis pendere, nemo, cui experimenta illuſtris Profeſſoris Monro, et ingenioſi Doctoris Fowler innoteſcunt, inficias ibit.

VII. Nervi non inveniuntur in plantis, hæ tamen principium irritabile ſeu vitale habent; et plurima animalia per hyemem vitam torpida degunt, nullam vim nervoſam oſtendunt, quibus tamen principium vitale eſt *.

PARS I.

* Cum hæc ſcripſiſſemus, liber de vita animali editus eſt, auctore ingenioſo Herdman, cujus verba hæc ſunt: "The phenomena of life in the human ſpecies have "been attributed to the union of an immaterial ſub- "ſtance to the corporeal frame. It is not intended here, "to deny the exiſtence of ſoul or ſpirit, whether purely "immaterial or otherwiſe; but we cannot admit that the

PARS I.

VIII. Quomodo animi facultates, ſi ſanos reſpicias, a corpore vel cerebri ſtructurâ pendeant, quam

---

" the animal life in the human ſpecies is produced by " the preſence of ſuch a diſtinct ſubſtance, becauſe we " obſerve the ſame ſpecies of life, the ſame animal func- " tions poſſeſſed by the inferior orders of the animal " kingdom. Something analogous to animal life is alſo " ſufficiently obvious in the vegetable kingdom, though " in a lower degree: and no one, it is preſumed, will " be inclined to ſuppoſe the exiſtence of ſpirit in vege- " tables." Et alio loco ait: " The moſt diſtant notion " that we can obtain of life, perhaps, is, that it is a " ſtate produced in organized bodies, by the operation " of certain agents. Mere organic ſtructure is not " ſufficient to account for the phenomena of life; it is " neceſſary that this organized matter ſhould be acted " upon by powers ſuited to its nature and ſtructure, " by which its ſenſations are awakened, and every part " is excited to action." Herdman on the Cauſes and Phenomena of Animal Life, pp. 4. 7, 8.

Sed hic auctor vitæ naturæ explicationem levi tantum brachio tractaviſſe mihi videtur, et hanc rem ſempèr nos latituram veriſimile eſt.

quam breviſſime expediemus. Facultates, de quibus agemus, ſunt, Senſatio, Perceptio, Memoria, Imaginatio, Judicium, Conſcientia et Volitio.

IX. *Senſatio.*—Oritur a cerebri mutationibus, ſi, ſtimulo inſtrumento ſenſûs admoto, communicatio per nervos inter inſtrumentum ſenſûs et cerebrum ſalva eſt ; nervi ligati motui muſculari officiunt. Secto vel compreſſo nervo, nulla ſenſatio fit in homine. Sed illuſtris Monro obſervavit, ranam, capite abſciſſo, aliquamdiu poſſe ſaltare, ſed lumborum vertebris ſeparatis, motum non fieri poſſe. Hinc ſenſatio eſt effectus inſtrumentorum ſenſûs per quæ ad cerebrum communicatur. An ſenſatio penitùs a cerebro pendeat, ignoratur. Sunt qui exiſtimant motus in ſenſorio per inſtrumenta ſenſûs excitatos cauſas ſenſationis tantum pro re nata eſſe, ſed per intellectum ſpiritum produci. Sic mutatio in-

ſtrumenti

ſtrumenti ſenſûs ſenſationis cauſa eſt, vel hic effectus a mente per cerebrum et nervos oritur.

X. Quum inſtrumenta viſûs, auditûs, olfactûs, &c. ſint perdita, impreſſio luminis, ſoni et odoris nullam ſenſationem excitat; tametſi memoria rerum antè actarum manet.

XI. *Perceptio* eſt tantum mentis ſenſatio ab actione rerum externarum *. Priuſquam aliquam rem rectè intelligamus, inſtrumenta ſenſus afficiuntur, quæ deinceps cum ſenſorio communicant. Scriptor haud parvi nominis in libro de Elementis Philoſophia his utitur verbis. "Certain impreſſions produced on our organs of "ſenſe by external objects, are followed by cor- "reſponding ſenſations, and theſe ſenſations "(which have no more reſemblance to the qualities of matter, than the words of a language have

* Locke on the Human Underſtanding, Vol. 1. chap 2. p. 13.

have to the things they denote) are followed by a perception of the exiſtence and qualities of the bodies by which the impreſſions are made; that all the ſteps of this proceſs are equally incomprehenſible*, &c.

Reid† porro obſervat. "Senſation only ſup"poſes a ſentient being, Perception implies an "immediate conviction and belief, one is the "ſign, the other the thing ſignified."

XII. *Memoria.*—Poſt ſenſationem et perceptionem hæc facultas, quæ idearum aſſociatio eſt, videtur, ordine ſenſationum ſuprà relatarum, ſed minus vivide revertens.

XIII. Cum duæ res ſæpè ſimul menti adfuerint; una alteram in memoriam revocat‡. Memoria

* Stewart's Elements of Philoſophy, p. 90.

† Intellectual Powers of Man, p. 233.

‡ Stewart's Philoſophy Introduction, p. 7.

moria ab attentione et cogitatione magna ex parte pendet, ſed a variis cauſis perditur.

Hunc effectum præſtantia ſunt, concuſſio, liquores multum alkoholis continentes, venena et cætera connectionem inter cerebrum et mentem lædentia.

XIV. *Imaginatio* cum conjunctionibus idearum proximè relatæ facultati ſimilis eſt. Sed minus regularis, ac ab iiſdem, quibus ea, noxis perditur.

XV. *Judicium* connectionum duarum inter ſe idearum inveſtigatio eſt, et earundem diverſitatem oſtendit.

XVI. *Conſcientia* cogitationum noſtrarum cognitionem monſtrat. Conſcientia non admonet animum per ſenſationes ab organis perceptio-

num

num* orientes, ſed facultates noſtræ, organa ſenſûs ſtimulando, intellectu exhibentur; deinceps cognitiones vel ſtatim vel mòx per ſenſum formantur.

XVII. Hæc facultas voluntati non paret, ſed noſtro judicio (XV.) in infantibus, inſipientibus, et mente turbatis, non manifeſta apparet.

XVIII. *Volitio* mentis poteſtas eſt, quæ a corporis actionibus et quibuſdam animi facultatibus pendet. Volitionem a corporis actionibus pendere, muſcularis motus et officia præcipuorum inſtrumentorum indicio ſunt, eandem porro a quibuſdam animi facultatibus pendere cogitatio et idearum memoria argumento ſunt.

XIX. Si quando communicatio inter cerebrum et muſculos impeditur, contractio et motus volitionem,

* Stewart's Elements of Philoſophy, p. 101.

tionem, (XVIII.) qui plurimum a cerebri ſtructura et nervorum pendere videntur, non ſequuntur.

XX. An motus et actio, cauſa et effectus phyſica ſint, inter Philoſophos non convenit. Ex his qui huic rei dederunt operam, Doctor Gregorius noſtram attentionem ſibi vindicat. "There "is (ejus verbis utor) in man, beſides the mo"tives of his voluntary determinations and ac"tions, another principle of change and activity, "a certain independent, ſelf-governing power, "which he may at his own diſcretion exert, by "acting either according to motives, in oppoſi"tion to motives, or without any motives at "all." Non negat eruditus et celebris Gregorius motus apud hominum actiones plurimum valere. Paſſim ait, "That there is an evident "and well known relation between the actions "of men, and their appetites, paſſions, deſires, "averſions, judgments of right and wrong, ex-

"pedient

" pedient and inexpedient, and in general what-
" ever are regarded as motives or principles, I
" believe never was nor never can be doubted
" or denied by any man of ſenſe and candor *."

XXI. Reid † motum nec pati nec agere affirmat. Motus ad agendum incitat, ipſe non agit, non eſt præſens, tantum in animo exiſtit. Aliquis igitur agit motibus aut parens aut non. Si vero omnia argumenta, quæ ad ſingulas opiniones firmo talo ſtabiliendas propoſita ſunt, percurrerem, fines quos huic diſſertationi præſcripſi, tranſilirem.

XXII. Potterfield ‡ et Whytt || opinantur vitales et naturales motus in principio vitæ volun-

tati

* Gregory's Philoſophical and Literary Eſſays, Vol. I. Section I. p. 3.

† Active Powers of Man, Eſſay IV. Chap IV. p. 29.

‡ Treatiſe on the Eye, p. 31.

|| Vital and Involuntary Motions, p. 22.

tati parere, posteà vero voluntati non parere ex consuetudine*. Priestley putat motum principio vitæ automato similem esse, sed posteà voluntati dicto audientem fieri†.

XXIII. Recusat Hallerus ‡ motu voluntati parente mentem fungi. "Causa, motrix, quæ, "ad motum muscularem excitandum in muscu- "larem spiritum cogit influere non redditur esse "anima, sed lex a Deo lata." Sed Whytt, qui doctrinam ejus de vi insita refutavit, hominem motibus voluntati non parentibus necessariò obsequari credit ||.

XXIV. Est

* Note in Boerh. Instit. vol. IV. p. 588.

† Priestley on Hartley's Theory of the Human Mind, Prop. IX. p. 38.

‡ Prim. Lin. p. 211.

|| Whytt's Vital and Involuntary Motion, Sec. XI. p. 306.

XXIV. Eſt ubi muſculi, qui vulgo voluntati obſtant, eidem parent. Hujus facti exemplum ſit Townſhend*, qui arbitrio ſuo cordis contractioni obſtare, et deindè recuperare, potuit. Idem facere potuit Fontana. "M. Fontana a "la Faculté d' accelerer, ou de retarder à vo- "lonte ſon pouls, ſans aucune contraction ſen- "ſible des muſcles†." Et celeberrimus Joannes Hunter obſtructione cordis laborabat, quo tempore nec faciei color, nec arteriis ictus manebant, ſalvis tamen motu voluntati parente et ſenſibilitate. Accepi Juvenem quendam Londini natum poteſtatem habuiſſe motum cordis impediendi ſine ullo ſibi incommodo.

XXV. Huc accedit quod quædam animalia fluidum electricum colligendi emittendique ſuâ ſponte capacia ſint. Animalia hac poteſtate prædita,

* Cheyne's Engliſh Malady, p. 307.

† Journal de Phyſique.

dita, ſunt torpedo, Gymnotus electricus, et ſilurus electricus.

XXVI. Mente turbati ſibimetipſis moderari nequeunt, voluntas, procellæ ſimilitèr, impellitur ; intervalli ſani tempore quieſcunt, ſed, revertente paroxyſmo in eundem furorem incidunt.

XXVII. De priore facultate non plus inter philoſophos convenit, quam de mentis connectione cum corpore. Quædam inſtrumenta corporis menti adeò ſerviunt ut abſentia officia eorum peragi nequeant : et cerebrum facultatum ſupra relatarum perfectioni prorſus neceſſarium videtur.

XXVIII. Egregius vir Whytt* animæ ſedem totum corpus eſſe, ſed facultates rationales tantum

* Phyſiological Eſſays, Note in p. 166—170.

tum in cerebro exerceri, vult. Idem ſenſit Doctor Stewart*.

XXIX. Propterea quod plurima animalia abſque cerebro vivant, hinc Halleri opinio fert irritabilitatem cum ſenſibilitate conjunctam eſſe. Triginta† horas rana, vipera tres dies, ſex menſes teſtudo, cerebro perdito, vixerunt. Ranæ, abſciſſo capite, ſaltant, et motum voluntatis efficiunt: igitur illuſtris Monro‡ nervos totam vim a capite et medullâ accepiſſe, non exiſtimat, quod utriuſlibet nervi ſtructura cerebro veriſimillima eſt.

XXX. Idem|| vim nervoſam fluido electrico diſſimilem habet; quoniam torpedo et gymnotus

C electricus

* Diſſertat. Inaug. de Motu Muſculari.

† Whytt's Phyſiological Eſſays, pp. 172—3.

‡ Monro on Animal Electricity, p. 12.——Ibid. Nervous Syſtem, Chap. X. & XI. p. 13.

|| Monro on Animal Electricity, p. 41.

electricus potestate fluidum electricum pro arbitrio colligendi et refundendi præditi sunt *. Viperæ, cute exutæ, capitis et cordis puncturam sentiunt, et facillime suscitantur: et papiliones † in quos bombyces vertuntur, non solum marem admittunt, capite perdito, sed ova deponunt.

XXXI. Quod ad vitam attinet, inter hominem et animalia cætera nulla rationis similitudo interest: quia illa vitalium partium perditionem sine morte statim adveniente pati possunt, tamen est ubi homo cladem periculosam vitalibus actionibus sine morte passus est.

XXXII. De Haen ‡, militis cujusdam corpore inciso nullum pulmonum vestigium in dextro latere

* Boyle's Usefulness of Experimental Philosophy, Part II. p. 16.

† Ibid.

‡ De Haen Patholog. § 695. pp. 60, 61.——Ibid. § 713. p. 401.

latere reperit. Idem hominis meminit, cujus cerebellum ſolum in capite reſtabat, cerebro deleto, qui poſtremò cerebelli vulnere mortuus eſt *. Pueri ſex annos nati capite plumbeâ glande icto, ſuppuratio ſecuta eſt. Indè decimo octavo die mortuus eſt, et quantum cerebri vix ovo eſſet par magnitudine relictum eſt in capite, ſalvis ad poſtremum omnibus facutatibus. Faber † ferrarius ſexaginta quatuor annorum, apoplexia extinctus a Doctore Brunnero inciſus eſt. Dura mater aliquanto lacerata, pia mater aqua diſtenta, et tota cerebri baſis in fluido immerſa eſt. Tamen omnes facultates integræ et valdè acutæ remanebant: Integritas ‡ judicii a bona cerebri conſtitutione pendet.

XXXIII. Qualia ſupra relata raro occurrunt, et ſæpius his multum diſparia in paralyſi, mania, delirio,

* Analytical Review for January 1795, p. 415.

† Ibid.

‡ Haller. Prim. Lin. Phyſiol. p. 298.

delirio, &c. accidunt. Fibræ * cerebri in nondùm ætate adultis molliores, in natu majoribus nimis molles exiſtunt; in ſenibus facultatum defectu flecti neſciunt.

XXXIV. Nemo, hiſce, quæ ſuprà dicta ſunt, exemplis auditis, inficias ibit connectionem eſſe inter mentem cerebrumque: quoniam ab eo non pendere probatur, et quoniam non poſſumus probare ullam partem connectioni magis neceſſariam eſſe quam altera. Hæc opinio a multis ſcriptoribus ſuſtentatur.

XXXV. Gregorius † illuſtris his verbis utitur. "Quamvis igitur mihi ſit perſuaſſimum actiones "vivi animalis ab anima cum corpore juncta "pendere." Item celeberrimus Gaubius ‡ ait. "Nimirum quæ homini data ſunt, bina actio-

"num

* Malebranche, Taylor's Tranſlation, p. 54.

† Conſpect. Med. Theoret. Introd. p. 17.

‡ Inſtitut. Patholog. pp. 41, 42.

" num ſyſtemata, alterum menti cum corpore " commune, alterum ſi non mere corporeum certe " a conſcientia ſemotum; etſi diverſis legibus re- " guntur: contubernalia tamen in uno corpore " ſunt, ac mirabili commixtione per ſingulas par- " tes diffuſa, inſtrumentis inter ſe contiguis, con- " nexis, aut communibus gaudent viribuſque ani- " mantur, aut iiſdem, aut inter ſeſe conſenti- " entibus." Sic elegantiſſime cecinit Poëta.

" There is, they ſay, (and I believe there is)
" A ſpark within us of th' immortal fire,
" That animates and moulds the groſſer frame,
" And while the body ſinks, eſcapes to heaven
" Its native ſeat; and mixes with the gods.
" Meanwhile this heavenly particle pervades
" The mortal elements in every nerve,
" It thrills with pleaſure or grows mad with pain,
" And in its ſecret conclave as it feels
" The body's woes and joys, this ruling pow'r
" Wields at its will the dull material world,
" And is the body's health or malady *."

XXXVI. Corpus

* Armſtrong on the Art of Preſerving Health, Lib. IV. p. 104.

XXXVI. Corpus et anima * inter ſe penitus conjunguntur. Sed, altero agente, alterum non quietum eſt, et a noxis et morbis potentias perceptûs †, lædentibus impreſſio in cerebrum et nervos fit.

XXXVII. Utcunquè hoc argumentum tàm ſæpè diſceptatum inveſtigamus, multum dubii adhuc relinquitur. Sed nobis non videtur immortalitatem neceſſario materia non conſtare, et eandem opinionem amplexus eſt auctor fide digniſſimus; qui ‡ ait, immortalitatem a voluntate *Summi Numinis* pendere, et materiam æquè ac ſpiritum immortalem eſſe.

XXXVIII. Huic

* Lord Kaime's Sketches on Man, Vol. I. p. 344.——Smith on the Nerves, p. 1.——Ruſh's Medical Inquires and Obſervations, p. 47.

† Reid's Intellectual Powers of Man, p. 338.

‡ Ruſh's Medical Inquiries and Obſervations, p. 19.

XXXVIII. Huic diſſertationis noſtræ parti nihil lucis ex ſcripturâ ſacrâ affulget, quippe quæ, quod ad hanc rem attinet, perobſcura eſt; ſed ſanè id fit ex ſapientiſſimo Dei Optimi Maximi conſilio, et niſi nebulam erroris ab oculis noſtris removerit, veriſimile eſt nos hanc rem ſempèr latituram. Facultatibus ſanis brevitèr tractatis, deinceps de iiſdem in morbido ſtatu pauca diſſerere pergam.

PARS II.

DE NATURA ET DIVERSITATE MENTIS ADFECTUUM.

XXXIX. Mentis facultates variè perturbatæ morbum conſtituunt, et hæ affectiones nunc cum febre, nunc ſine febre conjunctæ ſunt. Habemus exempla affectionum cum febre junctarum in phrenitide, delirio et aliis ſymptomaticis morbis:

bis: affectionum non cum febre junctarum in mania, melancholia, et amentia, quibus præ ceteris operam nostram dabimus.

XL. In omnibus libris mania definita est, judicii (XV.) defectus, a voluntatis suspensione oriens, in quo mens falsas rerum omnium imagines concipit.

XLI. Celeberrimus Cullen * hoc modo delirium definit. "In a person awake, a false judgment arising from perceptions of imaginations, or from false recollections, and commonly producing disproportionable emotions."

XLII. Etiamsi idearum conjunctio in mania est, tamen a delirio diversa est, delirio laborans ubi sit, nescit; neque amicos, nec sodales agnoscit. Maniâ autem laborans res externas animadvertit, sed vires voluntariæ animi de re aliqua cupitâ

* Practice of Physic, Vol. IV. p. 119.

cupitâ obtinendâ, vel de ulciſcendo eos quos odit, excercentur. Omnia falſè vident, tamen memoriam ſæpe retinent.

XLIII. In omnibus maniæ caſibus ſenſibilitas imminuitur, et, cum malum gravius eſt, obſervare idearum falſarum progreſſum operæ pretium eſt. Sæpè rationi convenientèr loquuntur, omiſſâ, earum rerum quibus potiſſimum afficiuntur, memoriâ; et iiſdem rebus conjunctio idearum tranſvorſum agitur. Maniæ origo ſeu a morbo, religione, amore vel auri ſacrâ fame, attentione valde digna eſt.

XLIV. Adfectus animi et inſenſibilitas mente turbatorum, inediæ, vigiliæ et algoris * patientiæ

D

* Doctor Gregorius in ſuis prælectionibus meminit hominis, quem vidit Profeſſor Robiſon, cum in Ruſſiâ

tientiæ rationem præbent. Prætereà non facile excitabilis eſt ventriculus *, et ſenſibilitas recuperata ceſſationem morbi indicat. In morbis mentis quidam rationis inopes, et ſic ethicam facultatem † retinuerunt.

XLV. Doctor

ſiâ degeret. Quidam, Anglus, qui mente non conſtabat, eluſis cuſtodibus, a Sancto Peterſburg ad Cronſtadt, quæ urbs a Sancto Peterſburg octodecim millia paſſuum diſtat, aufugit; dum nix tres pedes alta eſſet, et mercurius in thermometro Farenheitiano ad gradum 37 minus ſubſederat. In hoc frigoris gradu domitus eſt, ſed calefactus rurſus bacchari cœpit.

* Webſter on the Connection of Stomach with Life, pp. 40, 41.

† Ruſh facultatem ethicam ſic definit. " By the " moral faculty, I mean a power in the human mind of " diſtinguiſhing and chuſing good and evil, or in other " words virtue and vice. It is a native principle, and, " though it be capable of improvement by experience " and reflection, it is not derived from either of them."

Rush, Med. Inq. and Obſ. Vol. II. p. 2.

XLV. Doctor Gregorius mentionem facit cujusdam hominis, qui per tres totos annos certis temporibus affectus est; et morbi reditum non lunæ, sed consuetudinis potentiæ, attribuit.

XLVI. Ingeniosus Darwin affirmat morbos mente turbatorum et epilepsia laborantium sæpius circa tempus æquinoctii accidere: sed non prorsus convenit mihi cum illo de hâc re, et potius hunc effectum vicibus cœli ascriberemus; nam anus mente turbata mihi nota, vice cœli revertente, bacchari solet, et cyathum spirituosæ potionis a circumstantibus flagitat.

XLVII. Inter multos alios Mead vim lunæ in epilepsiam, et alios morbos creando pro virili parte sustentavit; qui dicit epilepsiam, simul ac luna impleverit orbem recurrere, necnon lunam eandem vim in modificandis Indiæ Orientalis febribus, habere putat.

XLVIII. Nihil

XLVIII. Nihilominus opinio prius relata nobis verisimilior videtur, hinc quia mente turbati certis temporibus, et post novam vel plenam lunam non revertente morbo afficiuntur.

XLIX. Tamen in Hospitio Londinensi ubi mente* turbati custodiuntur, nullæ mutationes a vicibus cœli vel luna pendentes observantur.

L. Unum factum (XLVI.), quod vim in maniam inducendo anni tempestatum, ostendit, in Lancastriæ comitatu occurrens, retulimus, ubi creberrimæ sunt cœli vicissitudines, et multa alia ad idem probandum adducerentur.

LI. Mania nonnunquàm homines subito invadit, sæpè autem aliquot dies, vel etiam menses, gestus, vultus, vox insolita, somnus parùm recreans, nullum cibi desiderium ejus adventûs prænuncia sunt.

LII. Primum

* Black's Analysis and Mortality of Diseases, p. 149.

LII. Primum ejus acceſſum vultus torvus, vox vociferans, aliaque inſigniunt. Nonnulli ſunt furioſi, iracundi, repugnari nequeunt, invidia et ultione pleni, immundi, et impudici ſunt. Impetu feruntur ab alio ad aliud, ſine modo, clamitantes, cantantes, garrulantes, jurantes aliaque ſimilia.

LIII. Melancholia ab hoc ſtatu aliena eſt, in quâ judicium eſt ſanum, et errat tantum in una re cui mens incumbit. Melancholiâ laborans in altâ meditatione verſatur, et, inſtar ſimulacri, tacitus obtutu hæret defixus in uno.

LIV. Cauſæ ſunt ſempèr gravantes, animum gaudii et ſpei ſtimulis privant, et alicui negotio ingrato intentum reddunt; dum in ſenſorii morbido ſtatu, adventante morbo corporis actiones turbantur. Inter ventriculum et ſenſorium magnus eſt conſenſus. Eſt ubi melancholiâ laborantes

tes

tes dyſpepſia corripit, ſed hoc plerumquè ſine canalis alimentarii organica affectione accidit.

LV. Melancholia * in maniam, vel hæc in illam, interdum deſinit. Nonnunquam cum alternis phrenitidis † acceſſibus conjuncta eſt, et in phrenitide mortem, in melancholia autem phrenitidem, rationis reditus ‡ denunciat; cujus exemplum ſcriptore modo citato occurrit.

LVI. Inſanitas || febrem, epilepſiam et parturitionem interdum comitatur. Duos caſus vidi, ubi melancholia parturitionem excepit: an morbus hic a periculi timore, vel a lochiorum ſuppreſſione, vel ullâ aliâ cauſâ ortus ſit, mihi parum compertum eſt. Verum nonnulli alii morbi, inſanitate adventante, aliquandiu pedem retulerunt.

LVII.

* Wepfer, Med. Pract. Affect. Capit. Obſ. lxxxvi. p. 331.

† Black's Analyſis and Mortality of Diſeaſes, p. 137. 138.

‡ Zimmerman on Experience, Vol. I. p. 327.

|| Battie on Madneſs, Sect. viii. p. 51.

LVII. Amentia memoriæ (XII. et ſeq.), imaginationis (XIV.) et judicium (XV.) defectus eſt. Fatuitas naſcenti accidit, et poſteà immedicabilis plerumque manet; necnon ſenes in fatuitatem, vel a partium mala conformatione, vel a cerebri et ſyſtematis nervoſi vitio pendentem, ex parte incidunt. Fatuitas ſæpè cum epilepſiâ in eodem corpore conjuncta eſt; vel hæc illam ſequitur, vel a vermibus oritur.

LVIII. Doctor Gregorius in noſocomio Edinburgeno ſanum reddidit robuſtum juvenem, fatuitate, a vermibus inteſtinorum ortâ laborantem. Alterum pueri caſum a typho ortum idem Profeſſor tractavit, mirâque curuandi facilitate uſus eſt.

LIX. Aliæ inſanitatis modificationes, ut hypochondriaſis et noſtalgia, notantur. Hypochondriaſis ſæpiſſimè cum corporis morbo jungitur:

tur: ſic hypochondriaſin ſæpe comitatur dyſpepſia, in qua æger de ſua ſalute maximè ſollicitus eſt. Hinc in imaginariam diſtinguitur.

XL. Quidam * hypochondriaſi laborans crura e vitro facta eſſe animo concepit, et ancillam ligna ſuper focum manè reponentem vituperavit, ne aliquid e manu in crura decederet veritus. Hæc autem indignans aliquot ligna in ejus tibiam projecit, ibique dolorem excitavit; quem cum ſenſiſſet, tùm primum perſuaſum eſt ei crura non vitrea eſſe, deindè ſanus factus eſt.

XLI. In noſtalgia animus triſtis eſt ob res priores, et impreſſiones abſtractas, et ob memoriam voluptatum quondam perceptarum. Helvetii † et Germani cum ſolum vertunt, huic morbo maxime opportuni ſunt. Sed quamvis rarius, ab aliis cauſis oritur.

XLII. Noſtalgia.

* Arnold on Inſanity, Vol. I. p. 241.

† Baſſerius. Med. Pract. Vol. III. p. 107.

LXII. Noſtalgia ab egeſtate pulveris ſternutatorii, vel ſtimulorum ſolitorum, et ab aëris cibique mutatione oritur. Ergo æger voti compos fiat et nullo remedio uſus erit.

"Thus every good its native wilds impart,
"Imprints the patient paſſion in his heart,
"And e'en thoſe hills, that round his mountains riſe,
"Enhance the bliſs his ſcanty food ſupplies;
"Dear is that ſhade to which his ſoul conforms,
"And dear that hill which lifts him to the ſtorms;
"And as a babe, whom ſcarring ſounds moleſt,
"Clings cloſe and cloſer to the mother's breaſt;
"So the loud torrent and the whirlwind's roar,
"But binds him to his native mountains more."

GOLDSMITH's *Traveller*.

LXIII. Mentis adfectuum omnes modificationes enumeravimus; nihilominus inſanitatis diverſæ ſpecies ab auctoribus * ingenioſis tractatæ ſunt. Sed, quum conxexio mentis cum corpore

E ignoretur,

* Arnold on Inſanity, Vol. I. p. 124.

Battie on Madneſs, Sect. ix. p. 59.

ignoretur, de harum affectionum naturâ aliquid me allaturum minimè puto.

LXIV. Verum cerebrum in ſtatu morbido invenitur; an hoc ſit cauſa vel effectus, nos latet. Sed eſſe cauſam veriſimilius eſt: propterea quod malæ conformationi fatuitas naturalis, inflammationi, morbi et febres ſenſorii morbidæ conditione ſuccedere obſervantur; quæ omnia naturalium idearum conjunctiones tranſvorſum agunt.

LXV. Secundum opinionem nuperi auctoris * mania oritur a vaſorum diſtentorum, impeditæ circulationis, et fluidorum mutatorum effectibus, actionem regularem et potentiam in muſculari ſubſtantia cerebri et cerebelli impedientibus vel pervertentibus, ubi perceptio (XI.) Ratiocinatio, Judicium (XV.), Imaginatio (XIV), et

* Rowley's Practice of Medicine, Vol. II. p. 55.

et Memoria (XII.) habitant, quasi vis nervosa motu sive voluntati, sive non, parenti fungatur.

LXVI. Antiquus auctor * melancholiâ laborantes bilem nigram infrà et suprà evacuare affirmat, et huic causæ morbum ascribit †.

LXVII. Ex hypothesi, ad chemicam pneumaticam doctrinam referamus omnes insanitatis modificationes, oxygenii vel abundantiæ vel defectui eas imputando; sed, ut celeberrimus Cullenus voluit, excitationem et collapsum, sensorii eas regere verisimilius est ‡, donec expositionem meliorem consequamur.

PARS III.

* Cælius Aurelianus, cap. vi. p. 339.

† Boerh. Inst. Med. § 27.——Van Swieten's Comment. §. 292.

‡ Mania a proxime relatâ causâ hemiplegiæ sudcedebat, salvusque per stimulantia auxilia reducta est.——London Medical Journal, Vol. II. p. 203.

PARS III.

DE CONSTITUTIONIBUS AD AFFECTIONES MENTIS OPPORTUNOS FACIENTIBUS.

LXVIII. Auctores variè sentiunt de temperamentis; Cullenus ‡ autem in duo dividit, in sanguineum, scilicet et melancholicum, et cholericum phlegmaticumque ab iis aliena esse negat. Præterea per rationem solidorum et fluidorum hæc temperamenta explicat.

LXIX. Nihilominus Gregorius et Moore temperamenta in quatuor diviserunt. Quorum nominum modo mentionem feci, et ab externis signis explicanda sunt. Verum non existimat Moore † temperamenta esse commista, ait, aliquid temperamentum semper præ cæteris dominari, nunquam iram et placiditatem in eodem homine

* Cullen's Mat. Med. Vol. I. p. 112.

† Mat. Med. pp. 31. 32.

homine conjungi, quamvis ira fingi poteſt, et altera alteram celeriter excipit. Porro exempla, in quibus ſunt conjuncta, occurrunt, et Doctoris Gregorii * de hac re ratiocinationi accedo.

LXX. Alius ingenioſus auctor † quatuor temperamenta deſcripſit, quibus alia nomina dedit, aliaſque expoſitiones. Sed prioribus adhærebimus. In conſtitutionum varietatibus deſcribendis ſignis non opus erit; nam ſatis elucidantur ab auctoribus ſupra citatis.

LXXI. Verba elegantiſſima Doctoris Gregorii citandi libertatem non mihi negatum iri ſpero. "Sanitas non omnibus prorſus eadem eſt, ſua "enim ſingulis hominibus conſtitutio conſtat, "non ſecus ac ſua facies, aut forma corporis. "Hujuſmodi varietates medici attentionem jure "ſibi vindicant, quippe quæ tantæ et tales ſæpe

"obſerventur,

* Conſpect. Med. Theoret. Chap. xxiii. p. 521.

† Darwin's Zoonomia, Sect. xxx. xxxi.

"obſerventur, inter homines ejuſdem ætatis "et regionis, eodem cibo, et vitæ genere utentes, ut alii aliis plectuntur morbis, et quod "aliis proſit, aliis valde noceat, neque ſane eadem remedia, aut diæta et vitæ genus omnibus conveniunt. Res igitur haud levis momenti erit unius cujuſque ægroti conſtitutionem corporis penitus noviſſe*." Alibi his verbis ſequentibus utitur. "Quin et ab aliis "cauſis, firma adhuc valetudine corpus humanum multas et graves ſubit mutationes, et imprimis a vitæ genere, et victu quo utimur, "ab ipſo, ſub quo degimus, cœlo, et immenſa "vi conſuetudinis : hæc quoque medicum oportet noviſſe†.

"Temperie cœli, corpuſque, animuſque juvatur."
Ovid.

LXXII. San-

* Gregorii Conſpec. Theoret. Med. Cap. xxxiii. p. 516.

† Ibid. Cap. i. p. 7.

LXXII. Sanguineum temperamentum alacritas, melancholicum mœſtitia, cholericum ira, phlegmaticum clementia, comitantur. Maniæ maximè opportuna eſt ſanguinea conſtitutio, et ante morbi adventum, cogitationum vivacitate, et ingenii acumine hujus temperamenti maniaci inſignes ſunt, ſed magnam mobilitatem oſtendunt. In hoc * temperamento ſæpiùs quam in melancholico ſanitas mentis reducitur. E contrariò gravis et languidus vultus, animus meditationi intentus, et nonnunquam ad iram proclivis, melancholiam præcedunt.

LXXIII. Affectiones mentis hæreditarias eſſe dicitur, vel in opportunitate ad peculiare temperamentum, aut non, et hic rurſus celeberrimi Profeſſoris verbis utar. " Hujuſmodi varietates " non corporis modo, verum et animi quoque, " plerùmque congenitæ, nonnùnquam hæredi- " tariæ, obſervantur: hoc modo parentes ſæpe " in

* Cullen's Practice of Phyſic, Vol. IV. p. 167.

" in prole revivescunt: certe parentibus liberi " similes sunt non vultum modo et corporis for- " mam, sed animi indolem, et virtutes et vitia*." Certe facta generalia et doctorum experientia maximi

---

* Gregor. Conspec. Med. Theoret. Cap. I. p 7.

Doctor Darwin procedit multo ulterius ullo alio auctore quem ego perlegi; verba sequentia illius sunt. " This living filament is liable to have its propensities and appetences changed at the time of production by the imagination of the male parent. Extremities of the seminal glands imitating the motions of the organs of sense; and then the sex of the embryo is produced, which may be then made a male or female by affecting the imagination of the father at the time of impregnation."

Darwin's Zoonomia, Sect. xxxix. p. 522, 523, 524. Vult hominis cogitationem in coitu sexum formare, et matris imaginationem ad similitudinem utrivis parenti creandam, nisi fœtûs nutrimentum afficiendo, nil valere. Sed in hoc errâsse nobis videtur, si naurrationem Malebranchii, viri in mentis humanæ facultatibus investigandis perspicacissimi, (quam citat Mead, et, ejus elegantissimis verbis utemur) credamus. " Erat inquit in nosocomio Parisiensi incurabilium

maximi habenda ſunt: ſed nobis mirum videtur, quod morbi hæreditarii non erumpant in infantili ætate, cùm opportunitas ad hos morbos maxima eſſe debet, nam poſteà fluida sempèr atteruntur, et reparantur, ſolidaque mutantur.

LXXIV. Sed quædam actiones corporis, a cauſis improviſis impediantur, et poſteà morbi plus

---

bilium dicto juvenis ab infantia mentis inops, cujus brachia et crura in iis locis diſrupta videbantur, quibus in illa regione morte damnatis membra iſta ferreo vecte contundere mos eſt. Miſellus iſte per annos viginta vitam protraxit, concurrentibus ad eum viſendum philoſophis et medicis, qui manibus ſuis oſſium, quæ dehiſcebant, cava et hiatus contrectabant. Non diu autem latuit infelicis hujus eventus cauſa; mox enim compertum fuit matrem, dum puerum illum in utero ferret, terribili ſpectaculo interfuiſſe, cum ſons quidam eo, quod dixi, mortis genere plecteretur.

Mead Monit. et Præcep. Tom. I. cap. iii. p. 89.

plus expedite, ab hac prædispositione, causis excitantibus incumbentibus, producuntur.

LXXV. Mens infantum solùm a parentum imitatione analoga formatur. Animi enim inclinatio ab educatione et experientia pendet, et facultatem intellectus et ethicam apud quos degunt, et exempla quæ vident, acquirunt. Sed non abnuo esse majus ingenii acumen quibusdam, quum aliis, eadem sequentibus. Observandum tamen est nobis mentem per corporis habitum plerumque aliquantum regi.

LXXVI. Insanitas furiosa in frigidis rariùs quum in calidis plagis, in hyeme, rarius quam æstate, occurrit. Nervorum status a sanguine celeriùs solito per venas fluente mutatur; hinc animi facultates in delirio febris commutantur.

LXXVII. Igitur his præmissis, si affectiones animi esse hæreditarias volumus, expositio earum

ad ſenſorii conformationem peculiarem vel ignotam conditionem referenda eſt.

PARS IV.

DE CAUSIS MORBIDUM MENTIS STATUM INDUCENTIBUS.

LXXVIII. Multæ cauſæ ab auctoribus datæ ſunt, cùr morbi corporis mentem afficiant, et cùr morbi mentis, corpori noceant: quapropter eas in *phyſicas* et *morales* diſtinguere viſum eſt. Cauſæ phyſicæ opere vel chemico vel mechanico in corpus agunt, et ad quamlibet mentis affectionem applicentur, ergo non ſeparatim de his agemus.

LXXIX. *Cauſæ Phyſicæ* ſunt, Cibi et potionis nimia, ſed imprimis liquorum fermentatorum, copia: (" Tutior autem eſt in potione quum in eſca

eſca intemperantia*") exercitationis defectus: nimis profuſæ evacuationes; ſomnus inſincerus qui ſenſum et motum hebetat; ſecretiones et excretiones auctæ vel imminutæ †; inſolatio, cujus caſus, qui nautæ accidit, a Doctore Battie‡ narratur; e theâ, coffeâ et cocoâ confecti potus immodicus uſus ||.

LXXX. Inſuper his quidam morbi, nempe febres, cerebri concuſſio, ab externis injuriis, podagra enormis, epilepſiæ impetus frequentes in ætate provectis, inſanitati, apoplexiæ, paralyſi, et fatuitati occaſionem præbent. Injuriæ cerebrum prementes, exoſtoſes internæ, ſinuum et duræ matris indurationes, fracturæ et cranii depreſſiones, concuſſio, vaſorum diſtentio, et vermes

* Mead Monit. et Præcep. Vol. II. p. 166.

† Gaubius Inſtit. Patholog, p. 282.

‡ On Madneſs, p. 47.

|| Bagliv. Opera omnia, Lib. I. p. 76.

vermes * intra caput generati eaſdem affectiones creant.

LXXXI. Mania et melancholia puerperis † accidunt, caſus ubi parturitioni melancholia ſucceſſit in (LVI.) narrantur. Poſt ſuppreſſionem menſium inſanitas imaginaria occurrit ‡; nam dolores uteri ad cerebrum, ventriculum afficiendo, ſtatim propagantur. Caput ‖ ſanum ſano ventriculo eget; et ab eo inſtrumento turbato hypochondriaſis et melancholia oriuntur.

LXXXII. In prælectionibus ſuis meminit Gregorius hominis cujuſdam melancholiâ ab injuriâ cranii laborantis; fiſſura inventa eſt, et terebra in

* Haller. Diſput. Med. Pract. Vol. I. p. 127.

† Vogel de Cognoſcend. et Curand. Affec. §. 744. p. 658.

‡ Schenk. Obſ. Med. Rar. Lib. I. p. 126.

‖ Cheyne's Eſſay on Health, Chap. 2. p. 84.——Whytt on Nervous Diſorders, Chap. i. p. 11.

in quinque calvariæ locis ad exoſtoſin removendam perforatâ, ſanus factus eſt.

LXXXIII. Cœlum, ſub quo degimus, in noſtrum corpus regendo plurimùm valet: et mente turbati quibuſdam cœli mutationibus furioſi fiunt, alii corporis conditione pluviam, ſerenitatem, turbas cœli, et ventos prædicunt. Mania et melancholia æſtatis et autumni tempore ſæpius obſervantur *.

LXXXIV. Sub cœlo temperato habitus corporis validiſſimus, facies pulcherrima, et animi facultates maximè acutæ ſunt †. Menſis November ‡ in Britanniâ propter nebulas et imbres frequentes triſtis eſt, et tunc temporis homines ſibi ipſis necem ſæpiſſimè conſciſcunt. Contrà ver clementiâ et benevolentiâ inſigne eſt.

LXXXV. Aër

* Hippocrates, § 3. Aph. 22.

† Robertſon's Hiſtory of America, Vol. I. p. 414.

‡ Ruſh's Med. Inq. and Obſ. Vol. II. p. 22, 23.

LXXXV. Aër varius ad hypochondriafin opportunos facit hìnc propter hoc et luxuriam Brittaniæ incolæ* omnium in Europâ populorum in infanitatem† melancholicam fæpiffime incidunt, et fibi ipfis mortem confcifcunt. Propptereà quod æftate, ubi aër magis purus et calor maximus eft, mania, autumno, ubi huic contrarius ftatus, una cum humore, accidit, melancholia fæpiùs graffentur; igitur hanc impuro aëri et humori fyftema vafculofum et nervofum minus jufto ftimulantibus, illam puro et calido aëri eadem fyftemata nimis ftimulantibus, afcribere videtur.

LXXXVI. 2. *Caufæ morales* funt, animi affectus, qui in excitantes et deprimentes diftinguuntur; excitantes ira et gaudium, deprimentes mœror et timor funt: cæterorum natura dubia

* Syndenham Oper. Univerf. in Morb. curand. p. 625.

† Black's Analyfis and Mortality of Difeafes, Ch. vii. p. 129.——Arnold on Infanity, Vol. I. p. 15.

bia eſt. Amor et ſubitus terror aut excitant aut deprimunt.

LXXXVII. Celeberrimus Locke * animi affectus ſic accuratè depingit. "Joy is a delight "of the mind from the conſideration of the pre-"ſent or aſſured approaching poſſeſſion of a "good. Sorrow is uneaſineſs in the mind upon "the thought of a good loſt which might have "been enjoyed longer, or the ſenſe of a pre-"ſent evil. Hope is that pleaſure in the mind, "which every one finds in himſelf, upon the "thought of a profitable future enjoyment "which is apt to delight him. Fear is an un-"eaſineſs or diſcompoſure of the mind upon the "thought of future evil like to befal him. De-"ſpair is the thought of the unattainableneſs of "any good, which works differently in mens' "minds, ſometimes producing uneaſineſs or "pain,

* Locke on the Human Underſtanding, Chap. xx. p. 187.

" pain, ſometimes reſt or indolence. Anger is " uneaſineſs or diſcompoſure of the mind upon " the receipt of any injury, with a preſent pur- " poſe of revenge. Envy is uneaſineſs of the " mind, cauſed by the conſideration of a good " we deſire, obtained by one we think ſhould " not have had it before us."

LXXXVIII. Gaudium * immodicum et permanens mentem inſanitate, æque ac mæror vel anxietas, afficit: multoſque mortales de mente deturvabit illa ſocietas mercaturæ in mari auſtrali faciendæ inſtituta, cùm homines maximas divitias acquirerent et perderent. Gregorius totam familiam, ob immenſas divitias acquiſitas, rationis inopem factam viſitavit †, et cum Mead ‡ plures ab immodica lætitia, quam triſtitia inſanos fieri, affirmat.

* Zimmerman on Experience, Vol. I. p. 322.

† Gregorii, Prælect. de Prax. Med.

‡ Mead. Monit. et Præcep. Vol. I. p. 92.

LXXXIX. Contra triſtitia melancholiam et noſtalgiam inducit, et Gaubius clarus his verbis utitur. "Mærore vis nervoſa languet, motus "vitales imminuuntur, pulſus tardus, circulatio "lenta, inviſcatio humorum, ſanguinis coagu- "lum coctionis et nutrionis defectus, diarrhæa, "obſtructiones ſchirrhi, melancholia, icterus hy- "drops, ſomni diuturni, lethargus, et catalep- "ſis *."

XC. Syſtema vaſculoſum ſtimulat ira, omnes ſecretiones, ſed nullas magis quam bilem †, afficiendo. Creat linguæ vacillationem, ‡ paralyſin, podagram, epilepſiam et mortem repentinam.

"Ira furor brevis eſt." Hor. Lib. i. Epiſt. 2.

XCI. Amor

* Gaub. Inſtit. Patholog. p. 278, 279.

† Pechlin, iii. No. 25.

‡ Hiſt. de l' Acad. 1738.

XCI. Amor ſummum eſt deſiderium, anorexiam, chloroſin, tabem, noſtalgiam et melancholiam gignens. Religio, amori ſimiliter, eſt frequentiſſima cauſa omnium mentis affectionum. Amantes magis cum furore, religioſi cum mærore inſaniunt *. Iterum Poëtæ ſupra citati verbis utar.

"Hence ſome for love, and ſome for jealouſy,
"For grim religion ſome, and ſome for pride,
"Have loſt their reaſon; ſome for fear of want
"Want all their lives; and others every day,
"For fear of dying, ſuffer worſe than death.

ARMSTRONG, Book iv. p. 110.

XCII. Magna libido inter maniæ cauſas habita eſt, et in feminis, nymphomaniæ, in viris autem ſatyriaſi, originem præbuit. Exemplum ipſe vidi maniæ immodicam veneris cupidinem ſequentis. Et alterum hujus morbi exemplum ſine hyſtericis paroxyſmis occurrentis narravit mihi chirurgus quidam peritus.

XCIII. Om-

* Mead, Monit et Præcep. Vol. I. cap. iii. p. 80.

XCIII. Omnium causarum nullæ magis valent ad has affectiones gignendas quam genus vitæ, et alicujus unius rei intenta cura. Sed omnes auctores fatentur, morbos maniacos et melancholicos vitam dissolutam, ignaviam, et potionis spirituosæ usum immodicum sequi.

" Sated with Nature's boons, what thousands seek,
" With dishes tortur'd from their native taste;
" And mad variety, to spur beyond
" Its wiser will the jaded appetite.
" Is this for pleasure? Learn a juster taste,
" And know that Temperance is true luxury."

ARMSTRONG, Book iv. p. 34.

XCIV. Priestley de intemperantia loquens his verbis utitur. " Sensuality and intemperance " subject men to diseases, pain, shame, deformi- " ty, filthiness and anxiety; whereas tempe- " rance is attended with ease of body, freedom " of spirits, the capacity of being pleased with " objects of pleasure, good opinion of others,

" perfection

"perfection of ſenſes and faculties, bodily and "mental, long life, plenty, &c*."

"'Tis to thy rules, O Temperance, we owe
"All pleaſure which from health or ſtrength can flow,
"Vigour of body, purity of mind,
"Unclouded reaſon, ſentiment refin'd."

XCV. Exemplum habemus vitæ per multos annos protractæ a temperantiâ in longævo illo ſene Parr, qui cum ſolum, ubi natus eſt, genuſque vitæ, vertiſſet, mortuus eſt.

XCVI. Ebrietas † eſt pro tempore mania, iracundum et ſuſpicioſum hominem efficiens, et ebrioſi petulantes et moroſi fiunt. Mentis ‡ potentia a ſpirituoſæ potionis immodico uſu debilitatur; ejuſdem nimium uſum ſequitur torpor, et omnium facultatum vitium, mania, melancholia et nonnunquam fatuitas. Cheyne de hac re

* Prieſtley on Hartly's Theory, Prop. xliv. p. 233.

† Ruſh's Med. Inq. and Obſ. Vol. II. p. 64.

‡ Ibid.

re hæc verba facit. "He that wantonly transgresseth the self-evident rules of health, is "guilty of a degree of self-murder, and an habitual perseverance therein is direct suicide. "All long lived persons lived abstemiously*."
Sic canit Poëta;

To copious wine this insolence we owe,
And much thy betters wine does overthrow.

Pope.

Similiter divinus Homerus:

Οἶνός σε τρώει μελιηδὴς ὅστε καὶ ἄλλους
βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ.

Odys. Lib. xxi.

XCVII. Attamen liquorum fermentatorum modicus usus ad candorem, benevolentiam et liberalitatem creandum multum valet†. Sed aqua‡ feroces iras sedat; æquanimitatem conciliat.

* Essay on Health, Chap. i. p. 5.

† Rush's Med. Inq. and Obs. Vol. II. p. 24.

‡ Ibid.

liat. Liquores ſpirituoſi cogitationes hilares faciunt, circulationem accelerando, ſyſtema nervoſum modificando et excitando; ſed deinceps languor et debilitas ſuccedunt.

XCVIII. Itaque liquores ſpirituoſi, aut ſenſorii mutationem faciendo mentis affectionibus occaſionem præbent, vel poſt ebrietatem de vitæ genere ebrioſi ſecum reputantes, et culpæ ſibi conſcii in eaſdem affectiones incidunt.

PARS V.

DE CADAVERUM SECTIONE MUTATIONEM MENTIS FACULTATUM PER VITIUM CEREBRI INDICANTE.

XCIX. Illuſtris Morganius, omnibus cadeveribus accurate ſectis cerebri ſiccitatem et duritiem, vel ſubſtantiæ corticalis mollitiem et laxitatem invenit.

C. Corpus callosum, glandula pinealis vel medulla oblongata in statu morbido observata sunt. Ventriculi aqua pleni; vasa sanguine distenta fuerunt; meninges osseæ tensæ, vel laxæ, et vitiatæ fuerunt: in sinubus *duræ matris*, polypi, lapides, cæteræque noxæ delituerunt; cerebrum interdum adeo durum erat, ut friabile fuerit *; substantia medullaris solito levior, et plexus choroideus schirrhosus et hydatibus plenus erat, salvo tamen cerebello. Præterea viscera abdominis et thoracis admodum vitiata sunt. Jecur in melancholicis parvum erat, multumque flavæ bilis continebat †. Sed vesica fellis crassum, nigrum et piceum liquorem continebat.

CI. Morganius incidebat puellam quæ amore frustrata, maniâ melancholiam sequutâ, mortua est. Inveniebat prope latera falcis alba corpora, quorum

* Baillie's Morbid Anatomy, p. 307.

† Duncan's Med. Com. Decad II Vol. I. p. 304.—— Vogel de Cognoscend. et Curand. § 741. p. 65.

quorum alia rotunda, alia autem oblonga fuerunt; cerebrum humidum et durum; in ventriculis ferum, et quatuor glandulas folidas, flavas, et fphericas e plexu choroideo eminentes *.

CII. Idem hominem maniâ mortuum diffecuit, ventriculos aquâ turbidâ abundantes reperiebat; plexus choroideus rubro colore vifus eft; in parte pofteriore plurimas vefículas aquâ plenas invenit, cerebrum durum. Sed corticularis cerebelli fubftantia mollior folito erat †.

CIII. Annon durities et ficcitas cerebri caufa vel effectus funt? Ad refpondendam hanc quæftionem, obfervandum eft nobis totum cerebrum ratione inopum ‡ non æquè durum inveniri, fed durius effe in alia quam alia parte, et in fenibus, quorum animi facultates vitiantur cere-

* Morgagni Epiftol. Anat. Med. VIII. p. 205.

† Ibid. p. 106.

‡ Ibid. p. 115.

brum totumque corpus rigeſcere et ſiccum fieri. Ad hoc Ruſh * dicit liquores ſpirituoſos viſcera ſchirrhoſa reddere, vaſorum diametrum contrahere, capillos criſpare, &c.

CIV. Igitur ab omnibus ſupra dictis, duritiem et ſiccitatem cerebri cauſam eſſe, non effectum, concludendum eſt. Tametſi affectiones ab animi pathematibus occurrunt (an unquam occurrant ſine prædiſpoſitione hæreditaria dubitat Gregorius) nihilominus quomodo in corpus agant haud conſtat.

CV. Cadavera maniâ mortuorum inciſa ſunt in quibus nihil morbidum in cerebro apparuit; et duos caſus refert Gregorius, ubi nulla manifeſta mutatio fuit. Sed in his caſibus fuiſſe aliquid mutatum, (ut in aliis morbis aliquando uſu venit) quamvis noſtris ſenſibus non detegendum, haud dubitandum eſt.

PARS VI.

* Ruſh's Med. Inq. and Obſ. Vol. II. p. 63.

PARS VI.

DE REMEDIIS AFFECTIONIBUS MENTIS TUM OCCURRENTIBUS, TUM MEDENTIBUS.

CVI. Primum consilium efficiendum est, causis, quæ his affectionibus occasionem præbent, vitatis, scilicet iram excitantibus, tristes reddentibus, liquoribus spirituosis et ignaviâ; aqua * bibenda, temperantiæ parendum. "Siquidem," ait "Celsus † ignavia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit."

CVII Ad plethoram proclivitati occurrendum est, infrà et suprà purgando, humorum detractione, fonticulis, et setaceis, diætâ parca, exercitatione mediocri utendo.

CVIII. In

* Cheyne's Essay on Regimen, § 28. p. 58.

† De re Medica, Chap. i. p. 15.

CVIII. In indicationibus medendi per aliorum experientiam dirigendi ſumus, ſed hæ plerumque empiricæ fuerunt: et adhuc nihil certum de has affectiones curando attigimus. Sed ſi nobis licet, novam pneumaticam theoriam (LXVII.) ex hypotheſi inter auxilia habebimus, donec re firmabitur; verum imprimis aliorum ſcriptorum remedia enumerabimus.

CIX. His affectionibus difficile ſuccurri non neceſſe dicere: tamen hoc effici poteſt corporis conditionem et animi mutando, priuſquam idearum conjunctiones ita coaleſcant, ut ſeparari nequeant. In methodo medendi, tractatio et diverſio animi a rebus in quas nimìs incumbit, ægro, me judice, plus proſunt, quam medicina. Sed, ut uſui morem geramus, auxiliorum, quibus celebres medici uſi ſunt, mentionem faciemus.

CX. Pri-

CX. Primo maniæ acceſſu æger a domo ſuâ removendus eſt, in hoſpitio leniſſime tractandus, ſubucula arctâ (Anglice ſtrait waiſtcoat) cohibendus. Nonnulli laudant plagarum et terroris uſum, ut maniacis ſaluberrimum: ſed alterum remedium crudele, alterum autem non efficax videtur, neutrorumque unquam periculum fieri debet.

CXI. Maniacorum ſyſtema remediis adhibitis repugnabit, et multò majorem ſolito doſin poſtulabit. Habitui plethorico ſanguinis detractio, una cum catharticis refrigerantibus vel draſticis, prodeſt: primo ſal purgativum exhibendo, dein jalap: aloe: calom: gambog: et ſi hæc remedia non proſint niger Helleborus auxilio fuit.

CXII. Eques Clifton Wintringham* maniacos furioſos manere poſt ſanguinem detractum, et poſt

* Mead's Monit. et Præcep. Vol. I. App. pp. 204—5.

poſt infra et ſupra purgationem invenit; ſed nauſeam excitando et alvum laxando magno beneficio uſus eſt, miſturamque ſequentem laudat.

"*R.* Rad. Hellebor. nig.

Tart. Solub. ana ʒij.

Fol. Sen. ℥ſs. Decoque cum aquæ puræ *lb*j. ad colatur. ℥x. dein adde.

Oxymel. Scill. ʒiij.

Sqr. e. Spin. cervin. ʒvj. m. Capiat duo aut tria cochlearia quarta quaque hora." Itemque aliam.

"*R.* Infuſ. Sen. commun. ℥iij.

Nitr. Purif. aut Tart. Vitriolat. ʒj.

Pulv. Jalap. ℈ij.

Mannæ. ℥ſs. m. Capiat hujus potionis cochlearia quatuor ſecunda quaque hora uſquedum ſuccedat alvi copioſa dejectio."

CXIII. Lixiva. Tartarifata. Pharm. Edin. (vel Kali. Tartarifatum. Pharm. Lond.) feliciter Berlinæ adminiftrata eft ejufdemque beneficium teftatus eft Duncanus* celeberrimus.

CXIV. Emetici† poft opium dati effectum habent quamvis antea nullum habuerint; a quibufdam emetici catharticis anteponuntur, largique præfcribuntur fic Ipec. pulv. ʒfs. ad ℈ij. cum Antimonio Tartarifato *gr.*iv. vel. Zinci. Vitriolati ʒfs. dofin faciunt. Poft vomitum frequentem Camphoræ ʒfs. ‡ mane et vefperi beneficio adhibita eft. Hoffmannus præfcribit eum cum medicamentis nitrofis, et bonos effectus ab aceti communis diftillati ℥jfs. quotidie expertus eft.

CXV. Non-

* Prælect. Clinic. Prax. Med.

† Gregorii, Prælect. de Prax. Med.

‡ Art. Societat. Lond. No. 400, p. 347.——Mead Monit. et Præcep. Vol. I. p. 100, vel Append. 204.

CXV. Nonnulli opio utuntur, ſed remedium incertum eſt. Nihilominus Gregorius ſolutionem paroxyſmi maniaci CC tincturæ opii guttis, ipſius crudi opii a quinque ad quindecim granis adhibitis efficit*.

CXVI. Dr. Ferrier† nullum beneficium aut doſes antimonii tartariſati nauſeam excitantes, niſi uno caſu, aut camphoram vel opium ſequi animadvertit. Tamen digitalem et veſicatoria efficacia reperiebat, et affectioni melancholiæ a ſuppreſſa eruptione herpetica ortæ ſetaceo ſuccurrit‡. Unus caſus maniæ a digitali pro diuretico agente curatus eſt||.

CXVII. Calidum et frigidum balneum a quibuſdam maximi exiſtimantur, proxime dictum

a

* Gregorii Prælect. Prax. Med.

† Medical Hiſtories and Reflections, p. 174—5.

‡ Ferrier's Med. Hiſt. and Reflections, pp. 178. 185.

|| Duncan's Med. Com. Vol. I. Decad. II. p. 305.

a Doctore Culleno laudatur*, maniacus† in salutem reductus fuisse fertur, tamdiu luctando in stagno profundo, quo dejectus erat, ut non multum abfuerit quin suffocaretur. Prius dictum balneum melancholicis magis respondet, ad fibras rigidas solvendas. Tamen cum omnia alia remedia inefficacia fuissent, balneo calido, quod soporem efficit, cessisse maniam Gregorius ‡ narrat. Sed frigus plerumque salubre est. Capiti tonso pileus niveus vel luteus, cum aqua frigida, applicetur.

CXVIII. Curationes || perfectæ sunt labore corporis utendo, ambulando, &c. ut animus ab aliquâ re, in quam nimis incumbit, abstrahatur §.

I CXIX. Ma-

* Practice of Physic, Vol. IV. p. 161.
† Van Helmont, § 64. p. 175.
‡ Prælect. Prax. Med.
|| Cullen's Practice of Physic, Vol. IV. p. 161.

§ Inter plurimos, quos a Doctore Gregorio citavi, casus alter nostram attentionem meretur. Agricola

CXIX. Maniacorum diæta parca ſit, et e plantis plerumque confecta, ſed ne mania in melancholiam deſinat, cibi carneâ materiâ conſtantis aliquantulum concedatur.

CXX. Eadem remedia in melancholia ac in mania, quibus adde pediluvium *, adhibenda ſint. Hyoſcyamo et in maniâ et in melancholiâ magno beneficio uſus eſt chirurgus quidam Anglicus. Melancholiæ uni caſui † auxilio fuit mercurius ſalivationem inducens; et alter ‡ caſus proſperum eventum, quatuor menſibus peractis, habuit, ubi æger frequentes emeticos ſumpſit, et æther vitriol.

cola propè Aberdoniam degens, mercede maniacos cuſtodiebat. Primo cum iis per agros errabat, et jurgabatur, dein verberibus cædebat, poſtremo aratrum trahere, vel aliquo tali opere agreſti fungi impulit; ſed hac crudelitate multos ſanos reddidit.—— Prælect. Prax. Med.

* Perfect's Select Caſes of Inſanity, pp. 4—5.

† Ibid. p. 8.

‡ Ibid. p. 158.

vitriol. guttas lx. in julapii camphorati, aquæ Menthæ, Piperitidis, utriusque ℥j. Melancholiâ laborantes sæpe doloribus ventriculi obtusis molestantur, quos æther. vitriol. et opium levant *. Ne sibi mortem consciscant melancholici perpetuo (sed præcipue dolente stomacho) cavendum.

CXXI. Animum eorum aut per amicorum societatem, aut gratas occupationes, aut musica delectandum. Cujus divinam vim exprimit Poëta:

"Music hath charms to sooth the savage breast,
"To soften rocks, and bend the knotty oak."

OTWAY.

"Music exalts each joy, allays each grief,
"Expels diseases, softens every pain,
"Subdues the rage of poison and the plague;
"And hence, the wise of ancient day ador'd
"One power of Physic, Melody and Song."

ARMSTRONG, Book iv. p. 125.

CXXII. Ab

* Pulvis Columbæ ad tales ventriculi dolores tollendos ab inclyto et bene merito Doctore Rutherford sæpè cum fructu adhibetur.——Audi Prælect. Clin. Passim.

CXXII. Ab remediorum usitatorum effectibus, quippe qui diversi sint, medici diversas opiniones protulerunt; nam medicinæ vis in his affectionibus curandis ab aliis nihili, ab aliis maximi, æstimatur. Itaque non vituperatione digni erimus si novâ chemicâ theoriâ (LXVII.) ut alii aliis usi sunt, empiricè utemur.

CXXIII. Aeris quem trahimus, una pars stimulat, corpus animat, et ad agendum impulit. Sic cum hæc pars nimis justo in systemate dominetur, iidem mali effectus, qui alios stimulos, sequantur, necessè est. Hi in maniacis tractandis vitandi sunt, luce, strepitu, hominumque societate privandi, in loco solitario includendi sunt. Contrariò melancholici eos stimulos propter tristitiam postulant, et oxygenium * in pulmones tractum hilares, clementes, et animi lætos reddit. Casus † melancholiæ a Doctore Perfect

* Rush's Med. Inq. and Obs. p. 36.

† Select Cases of Insanity, p. 109.

fect narratur, ubi ſpiritus fœtidus fuit, lividæ maculæ plurimos corporis locos, præ cæteris crura, diſtinguebant, pedes et tali tumidi, vultus luridus, univerſum corpus debile, fuerunt, &c. Tales caſus ab oxygenii defectu pendere, ſecundum novam chemicam doctrinam, morbus ſæpiſſimè occurrens anni tempore (LXXXV.) quo aër impurus prævalet, ſuſpicioni eſt.

CXXIV. Poſtremum remedium mentione dignum eſt ſanguinis tranſlatio * a ſano in corpus inſanum, et hoc morbum ſuſtuliſſe dicitur. Si huic remedio fides habenda eſt, fluidorum conditionem morbidam monſtrat; ſed hoc remedium, cujus efficacia dubia videtur, cæteraque ſupra relata, ab experimentis futuris vel firmanda vel refutanda relinquemus.

HAC

* Cox Diſ. Med. Inaug. de Mania, pp. 9, 10.

Hac diſſertatione ad finem perductâ, plurimos, qui paſſim exiſtant, errores confiteri, animi candidi eſt. Per totam hanc indagationem magìs ex hypotheſi et theoriâ quam experientia, diſputatio noſtra ſumpta, ſed res ipſa, de quâ hìc agitur, in multa caligine obruta eſt: Nihilominus non dubito me multa argumenta hùc ſpectantia omiſiſſe, aliaque quæ rem nihil attinent, litteris mandâſſe; verum mens ſana errori patet, et ſermonem noſtrum poëtæ verbis concludere mihi videtur.

"Nemo mortalium omnibus horis ſapit."

F I N I S.